2575. 3 Dk. 173. 8 X 1975055 III Ve 690

DEO MODERANTE!

# THEMA JURIDICUM,

*an*

# IN REBUS MOBILIBUS PRETIOSIS

Creditori ſub haſta venditis ac adjudicatis DEBITORI JUS RELUITIONIS competat?

*pro*

Commentario ſuo Forenſi

*in*

Ordination. Proceſſ. judiciar.

ELECTORIS SAXONIÆ

*Tit. XXXIX. §. 8. n. 2.*

affirmativè reſolutum,

*&* *à*

Novitii alicujus Scriptoris impugnationibus vindicatum

*ab Auctore*

LUDOVICO-GÜNTHERO MARTINI,
Sondershuſâ-Schvvartzburgico, J.U.D. & Reipubl. Annæberg. ProCOS. & Syndico.

*A. O. R. M. DC. LXXXI.*

ANNÆBERGÆ, Typis David Nicolai.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0001-0

VIRO

*Generoſo & maxumè Strenuo,*

DN.

# JOHANN. CHRISTOPHORO Römern/

Toparchæ in Schönfeld/

Contubernali olim ſuo & nunc Fautori honoratiſſimo

*in veteris amicitiæ recordationem*

THEMA HOC JURIDICUM

*Conſecratum vult*

D. Ludov. Güntherus Martini.

# DEO MODERANTE!

## THESIS I.

QVamqvam Dominium rei ſub haſta diſtractæ per adjudicationem impetratum de jure Communi penes Licitatorem ita radicatum intelligatur, ut omnis reſciſſio penitùs ceſſet, nullaqve ulterior ſuperſit Reluitio, *l. ſiqvos debitorum. 16.* ibi. *perpetuô dominii jure potiuntur. C. de reſcind. vend. l. 1.* ibi. *venditionem ob tributorum ceſſationem factam revocari non oportet, & l. ult.* ibi. *perpetuam emtionis accipiat firmitatem. C. ſi propter publ. penſitat. l. ſi hypothecas 8.* ibi. *Fiſcalis haſtæ fides facilè convelli non debet. C. de remiſſ. pignor. l. qvæcunq; 5.* ibi. *ut perpetuo penes eos ſint jure dominii C. de fide & jur. haſt. fiſcal.* ibiqve Brunnemann. *n. 5.* Rauchbar. *part. 1. qv. 46. n. 22. & 23.* Meier. *in Coll. Argent. de Re judicat. th. 97. n. 8.* Berlich. *part. 1. concluſ. 81. n. 192.* Carpzov. *lib. 4. Reſp. 8. n. 1.* in tantum, ut nec ex reſcripto Principis revocari poſſit, Ludov. Poſt. *in tr. de Subhaſtat. inſpect. 17. n. 116.* nec audiatur Debitor, etiamſi pretium in duplo reſtituere velit, invitô Licitatore. A ſin. *in tr. de Execut. §. 4. cap. 51. Poſt. d. l. inſpect. 35. n. 46.* niſi minor indefenſus tempore alienationis, ubi alienatio ipsô jure nulla, *l. fin.* ibi. *ſin autem minoris perſona fuerit inſerta. C. ſi propt. publ. penſitat. junct. l. 5. C. de fide & jur. fiſcal.* ibiqve Brunnemann. *n. 5.* vel pignora conventionalia Creditori in ſolutum data, qvæ intra biennium ipſe luere poteſt. *l. fin. §. 3.* ibi. *pietatis intuitu habeat Debitor intra biennii tempus in ſuam rem regreſſum. C. de jur. domin. impetr.* ibiqve Brunnemann. *n. 10.*

## *Theſ. II.*

Jure tamen Saxonico contrarium eſt conſtitutum, & ne Debitor habeat, qvod conqveratur, ei aliqvandò res ſuas Creditori adjudicatas redimere licet, vel alium Emtorem, qvi majus pretium ſolvat, offerre. *Ordinat. Torgav. de anno 1583. tit.*

von Feilbiethen und *ſubhaſtation*. §. damit auch der Schuldner. *verſ.* ſo ſoll ihm auff ſolchen Fall frey ſtehen/ daſſelbe wieder an ſich zu löſen. *Ordinat. judic. Elector. tit. 39.* §. *13.* ibi. damit aber der Schuldner hierdurch deſtoweniger beſchweret/ ſoll ihme auff ſolchen Fall/wenn dem Gläubiger/ auff ſeine *licitation*, das Guth zu kommet/frey ſtehen/ daſſelbe ſelbſt wieder an ſich zu löſen/oder auch einen andern zuverſchaffen/ der ein mehrers darfür giebet. *Ordinat. Provinc. Saxo Vinar. de anno 1589. tit.* von *ſubhaſtation*, Feilbiethung und Verkauffung der verhelffen Gütter. *22.* §. findet ſich aber unterdeſſen. *verſ.* mit dieſer Maaß/daß dem Schuldiger frey ſtehe ſolch Gut ſelbſt zu löſen. *Ordinat. judic. Saxo-Gothan. de anno 1670. cap. 17.* §. *11. verſ.* iedoch mit dieſer Maaſe/daß dem Schuldner frey ſtehet daſſelbe ſelbſt zu löſen. Moller. *ad Conſt. Elect. Auguſti part. 1. Conſt. 32. n. 17.* Rauchbar. *part.* 1. *qv. 46. n. 20.* Berlich. *part. 1. concluſ. 81. n. 191.* Carpzov. *in Ipr. for. part.* 1. *Conſt. 32. def. 52. & lib. 4. Reſp. 8. n. 2. nec non in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 32. & ſeqq.* in tantum, ut etiamſi Creditor hanc facultatem reluendi Debitori adimere cogitet, bonaqve ſibi adjudicata, qvàm primûm in poſſeſſionem ſuam devenerint, alienando diſtrahat, non tamen eô efficere poſſit, qvô minùs ea Debitor à tertio poſſeſſore redimere qveat. Carpzov. *in Ipr. for. part. 1. Conſt. 32. def. 53. & in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 33. & ſeqq.* ut ut per mille manus tranſierint, ut loqvitur Johann. Philippi *in tr. de Subhaſtat. cap. 4. ſect. 13. n. 26.* dummodô intra tempus à jure ſeu ſtatuto ad reluitionem conceſſum, qvod de jure noſtro eſt annus *Ordinat. Torgav. d. l.* §. damit auch der Schuldner. *verſ.* daſſelbe innerhalb Jahres-Friſt. *Ordinat. jud. Elect. tit. 39.* §. *13. verſ.* binnen der Jahres-Zeit. *Ordinat. provinc. Vinar. de anno 1589. d. tit. 22.* §. findet ſich aber. *verſ.* in Jahres-Friſt/ civilis, qvi conſtat ex trecentis ſexaginta qvinqve diebus ſeu 52. ſeptimanis. *l. 51.* §. *2. ff. ad L. Aqvil. l. cum hæres. 4.* §. *2. ff. de ſtat. lib. Deciſ. Elect. noviſſ. 11. verſ.* und die reluition binnen ſolcher Jahres-Friſt der 52. Wochen verſtattet/ ibiqve Philippi *Obſ. 1. & 3.* non Saxonicus, Carpzov.

*in*

in Ipr. for. part. 1. Conſt. 32. def. 52. lib. 4. Reſp. 8. per tot. & in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 28. & 29. à die adjudicationis Creditori realiter factæ connumerandum. Ordinat. Torgav. Sax. d. l. verſ. als ihm das Guth zukommen. Carpzov. ad d. Conſt. 32. def. 54. & 55. & in proceſſ. d. tit. 25. art. 5. n. 38. & 39. Philippi ad d. Dec. Elect. 11. Obſ. 2. Vid. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 20. def. 1. & 18. & def. 24. intentetur. Berlich. part. 2. concluſ. 39. n. 99. D. Nicolai in proceſſ. part. 3. cap. 10. n. 19. Vid. Gail. lib. 2. Obſ. 19. n. 7.

III.

Sed ne hoc jus Reluitionis à Legibus civilibus exorbitans in foro noſtro nimium extendatur, atqve metuendum ſit, ut difficilius inveniantur, qvi ad ejusmodi emtionem intra anni ſpatium reſcindendam accedant, non absqve ipſius Debitoris & Creditorum, qvorum maximè intereſt, pignora ſubhaſtata citò diſtrahi, immenſo detrimento. Coler. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. n. 107. Carpzov. in Ipr. for. part. 1. Conſt. 32. def. 58. n. 3. perſtiterunt Sereniſſimi Legislatores Saxones in perſona Creditoris, atqve adverſus eum tantummodò Debitori jus Reluitionis conceſſerunt. Ordinat. Torgav. de anno 1583. tit. von Feilbiethen und Subhaſtation. §. damit aber verſ. wenn dem Gläubiger. Ordinat. Provinc. Vinar. Sax. de anno 1589. tit. 22. verſ. ſo ſoll dem Gläubiger. Moller. ad Conſt. Elect. Auguſti 32. n. 17. part. 1. Rauchbar. part. 1. qv. 46. n. 20. Carpzov. in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 7. & ſeqq. in caſu, qvô poſt executionem factam & bonis absqve taxatione prævia ullaqve æſtimatione ſubhaſtatis qvaſi coactus ipſemet licitatur ex Sanctionibus Saxonicis in Ordinat. Torgav. d. tit. von Feilbiethen. §. dieweil aber. junct. §. damit auch der Schuldner. verſ. ſo ſoll ihme auff ſolchen Fall. Ordinat. proceſſ. jud. Elect. tit. 39. §. ſo ſoll man. junct. §. do aber nach beſchehener. & §. damit aber der Schuldner. Ordinat. Provinc. Sax. Vinar. de anno 1589. tit. 22. §. findet ſich aber. Carpzov. in Ipr. for. part. 1. Conſt. 32. def. 59. n. 1. & in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 14. & ſeqq. & in tr. de Aſylo Cred. th. 72. n. 275. & ſeqq. & n. 294.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0005-2

*IV.*

Ex qvo ſi non à Creditore ipſo, ſed à Judice res fuerint æſtimatæ, & Subhaſtatione facta, nulloqve Emtore inventô, qvi majus pretium offerat, Creditori volenti res illæ in ſolutum datæ, non poſſe non ceſſare hoc Reluitionis beneficium opinatur Berlichius *part. 1. concluſ. 81. n. 195. & ſeqq. & part. 2. Dec. 196. n. 4.* qvem ſeqvitur Carpzov. *in Jurispr. forenſ. part. 1. Conſt. 32. def. 59. n. 3. & in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 22. & ſeqq.* & noviſſimè Johann Philippi *in tr. de Subhaſt. cap. 4. ſect. 13. n. 53. & ſeq.* it. D. Nicolai *in proceſſ. part. 3. cap. 10. n. 15.* cùm hoc caſu Debitori aliud remedium ordinarium, Taxatio ſcilicet per Scabinos provinciales **durch die Land-Schöppen** facienda, competat. *Ordin. Torgav. d. tit.* §. **do aber der Gläubiger.** *Conſtit. Elect. Auguſti* 32. §. **würde ſich aber.** *Ordin. jud. Sax. Elect. tit.* 39. §. **wenn nun gleich.** *junct.* §. **würde aber der Gläubiger.** Carpzov*ius. ad d. Conſt. Elect. 32. def. 59. n. 4. & def. 62.* qvod extraordinarium hujusmodi Reluitionis remedium excludit. *arg. l. 16. pr. ff. de minor. & l. un. C. de Theſaur.* Ne duo ſpecialia circa unam eandemqve rem contra juris prohibitionem concurrant. *l. 1. C. de dot. promiſſ. l. cum poſt. 69. §. gener. 4. ff. de jure dot. c. ſingula. diſt. 89. §. licet. 4. J. de adopt.* Vid. Berlich. *d. concluſ. 81. n. 196. & ſeqq.* Moller. *lib. 3. ſemeſtr. cap. 9.* Johann. Philippi *de Subhaſtat. cap. 4. ſect. 13. n. 57.* præſertim cùm Conſtitutiones locales ſtrictiſſimi juris ſint, & de iis tantùm terminis accipiendæ, in qvibus loqvuntur. Berlich. *d. l. Concluſ. 81. n. 195.*

*V.*

Id qvod multò magis obtinere dicunt, *ſi mobilia ab Executore æſtimata & taxata licitatore poſt factam Subhaſtationem non apparente ad Creditoris licitationem ei pro pretio Oblato adjudicata fuerint.* Carpzov. *in Jpr. for. part. 1. Conſt. 23. def. 34. n. 8. & in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 5.* Berlich. *part. 1. concluſ. 81. n. 97.* qvod noviſſimè etiam amplexus

xus eſt Johann. Philippi *in tr. de Subbaſtat. cap. 4. ſect. 13. n. 76. & ſeqq.* & Nos defendimus *in Comment. noſtro for. ad Ordinat. jud. Elect. Saxon. tit. 39. §. 8. n. 1.* & adhuc verum opinamur, *qvandò Res mobiles, qvæ nullô jure Rebus immobilibus accenſentur, adjudicatæ fuerunt,* qvoniam qvoad iſtiusmodi mobilia Conſtitutiones Saxonicæ *in Ordinat. Elect. Torgav. de anno* 1583. *tit.* von Feilbiethen und *Subbaſtatio*nen der verholffenen Gütter. & *Ordinat. proc. judic. de anno* 1622. *tit.* 39. §. findet ſich aber. *verſ.* oder ſo ſich niemand findet / dem Gläubiger umb ſeine angebothene Summa zugeſchlagen werden / in ejusmodi adjudicatione acqvieſcunt, & Statutum in certa forma & ſolennitate acqvieſcens ulteriùs extendi haud debet, Berlich. *part. 1. concluſ.* 81. *n.* 97. Philippi *d. ſect.* 13. *n.* 78. ut perperàm nos in numero diſſentientium collocaverit, & textibus juris & rationibus deſtituere ſcripſerit, Studioſus ille Salamon Siegel/ Freibergenſis Miſnicus, in Diſputatione ſua, qvam Præſide D. Bartholomæo Leonhardo Schvvendendörffero, JCtô fama notiſſimô *anno* 1678. *menſe Decembris* Lipſiæ *de Licitatione* habuit, aliud omninò ſtatuentes, *qvandò res illæ mobiles Creditori ad Subhaſtationē traditæ pretioſæ ſunt & immobilibus accenſentur;* Qvod an textibus juris & rationibus deſtituatur, nec diſſentientes excellentiſſimos Scriptores ſtringat, uti verba ipſius *in th.* 21. habent, impræſentiarum diſpiciemus.

*VI.*

Et cùm Deciſio noſtræ aſſertionis ex reſolutione præjudicialis iſtius qvæſtionis dependeat, *utrum res mobiles pretioſæ immobilibus accenſeantur, illarumq; appellatione veniant,* an verò minus? Sciendum illud omninô veritati juris & communi JCtorum ſententiæ eſſe conſentaneum, *res bujusmodi mobiles civiliter immobiles haberi, iisq; qvoad alienationem comparari,* veluti conſtat ex Reſcripto Impera-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0007-3

peratoris Conſtantini in *l. Lex qvæ 22. pr.* ibi. *cæteraq; mobilia pretioſa. C. de adminiſtr. tut. junct. arg. l. 4. C. qvand. decret. non eſt op.* ubi tutores ea propter mobilia pretioſa alienare ſine decreto judicis prohibentur, qvia idem in immobilibus, qvibus comparantur, obtinet: & probant magni nominis & famæ JCti Johannes Zangerus *in tr. de Exception. part. 2. cap. 21. n. 36.* ubi immobilia poſſidere, & poſſidere mobilia pretioſa, æqvalia judicari ait, Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. n. 54.* Andreas Rauchbarus *part. 1. qv. 26. n. 35.* ubi hujusmodi mobilia pretioſa immobilibus æqvi parari dicit *per text. in c. tua nuper. 8. & ibi gloſſ. in verb. vendere. X. de his, qvæ fiunt à prælat.* Octav. Simoncell. *tr. de Decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 2. n. 21.* ubi pretioſa mobilia qvoad alienationem immobilibus comparari adſtruit. Berlichius *part. 1. concluſ. 20. n. 46.* ubi poſſidere bona immobilia & mobilia pretioſa æqvalia judicat, *& concluſ. 83. n. 32. & ſeq.* qvod etiam auctoritate ſua confirmat Jurisprudentiæ [*auctore Brunnemanno in præfation. ad Repetit. paratitl. Weſenbec.*] fulgentiſſimum Seculi noſtri jubar Carpzov. *in Ipr. for. part. 1. Conſt. 5. definit. 19. n. 5. & in proceſſ. tit. 9. art. 5. n. 129.* ubi pretioſa mobilia immobilibus æqvi parari, immobiliaqve poſſidere & poſſidere mobilia pretioſa ad paria judicari dicit, & *in tr. de Donat. Gerad. cap. 2. n. 35.* Undè ab onere ſatis dandi poſſeſſorem liberant, Zanger. *de Exception. part. 2. cap. 21. n. 36.* ubi ita in Dicaſterio Wittebergenſi pronunciatum teſtatur. Jacob. Schultz. *part. 1. Obſ. 19. per tot.* Berlich. *part. 1. Concluſ. 20. n. 46.* Carpzov. *in Ipr. for. part. 1. Conſt. 5. def. 19. per tot. & in proceſſ. tit. 9. art. 5. n. 126. & ſeqq.* & eas in feudū dari poſſe dicit Nielliꝰ *Diſp. feud. 3. lit. a.* vid. Carpzov. *Diſp. feud. 4. th. 25.* Rittersh. *part. Feud. lib. 1. cap. 7. qv. 1.* Struv. *S. I. F. cap. 2. th. 3. n. 5. & c. 6. th. 12.* de qvo tamen dubitat Ludvvell. *Syn. jur. Feud. c. 12.* & poteſt in iis primogeniū & Fidei commiſſū Familiæ conſtitui, Knipſchild. *in tr. de Fidei com. cap. 5 n. 82. & 83.* Vid. Carpz. *in Ipr. for. part. 3. Conſt. 8. def. 32.* nec poſſunt vendi à tutoribus & curatoribus niſi adhi-

adhibitâ Subhaſtatione. *l. 7. §. 8. ff. de minorib. arg. auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. junct. l. ult. C. ſi propt. publ. penſit.* ibiqve Brunnemann. *n. 4.* Octav. Simonc. *de Decret. lib. 1. tit. 1. n. 66.* Coler. *de proceſſ. exec. part. 3. cap. 9. n. 54.* Ludov. Poſt. *in tr. de Subhaſt. inſpect. 7. n. 37.* Berlich *part. 1. Concluſ. 81. n. 91. & concluſ. 83. n. 32.* Carpzov. *lib. 5. Reſp. 72. per tot.* Johann. Philipp. *de Subhaſtat. cap. 2. ſect. 2. per tot.* & Decreto judicis. *d. l. 22. C. de adminiſtr. tut. ibiq; Dd. & Brunnemann. n. 1. & ſeq. junct. l. 1. & tit. ff. de reb. eor. qvi ſub tut. l. 1. & t. t. C. de præd. minor.* Simoncell. *d. tr. de Decret. in præfat. n. 124.* Merckelbach. *apud Klok. vot. Cam. 11. n. 69. & ſeqq.* Struve *S. I. C. exerc. 31. th. 84.* Carpzov. *in Ipr. Conſiſt. lib. 2. tit. 19. def. 300. & in tr. de Donat. Gerad. cap. 2. n. 31. & ſeqq.* ubi idem de alienandis rebus utenſilibus ſeu Geradæ, qvæ potiſſimùm in ornatu muliebri ac rebus pretioſis, qvæ ſervando ſervari poſſunt, adſtruit. Cæterùm qvæ rerum pretioſarum appellatione in præſenti caſu intelligi debeant, non conveniunt Dd? Communiter tamen id arbitrio judicis definiendum relinqvitur conſideratâ qvalitate poſſidentis perſonæ. Carpzov. *in Ipr. for. part. 1. Conſt. 5. def. 19. n. 8. & in proc. jud. tit. 9. art. 5. n. 133. & ſeq.* Vid. Jacob. Schulteſ. *Obſ. 19. n. 13. & 14.* Octav. Simoncell. *de Decret. lib. 3. tit. 8. inſp. 2. n. 22.*

*VII.*

Oſtenſâ itaqve rerum mobilium pretioſarum immobilitate, ut ita loqvar, rectiſſimè indè infertur, Eandem in exeqvendis ac vendendis hujusmodi rebus ſervandam eſſe formam, qvæ in immobilibus præcepta. Coler. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. n. 45.* Berlich. *part. 1. concluſ. 81. n. 100. & ſeqq.* Johann Philippi *in tr. de Subhaſtat. cap. 2. ſect. 12. n. 2. & ſeqq.* veluti expreſſiſſimis textibus conſtitutum in foro noſtro extat in *Ordinat. proceſſ. judic. Elect. Sax. tit. 39. §. 9. in verb.* ſoll man als denn erſt zu den liegenden Güttern und andern/ ſo denen dem Rechten und Gewohnheit nach verglichen/ greifen. & *Ordinat. jud. Saxo*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0009-8

*Gothan. part.* 1. *cap.* 17. §. 8. *verſ.* wehre aber ſo viel Fahrniß nicht verhanden *junct. verſ.* und andern ſo denſelben den Rechten nach gleich zu achten. & probat *Ordinat. jud. proc. Magdeburg. cap.* 47. *in verb.* wenn aber koſtbahre mobilia zur execution gebracht würden / ſoll man damit / wie mit unbeweglichen Güttern verfahren / adeoqve & *idem jus Reluitionis in iis Debitori competere oportet, in caſu, qvo Emtore non reperto Creditor noviter fuit licitatus, easq; deinceps adjudicatas ſuô pretiô accepit.* idqve per textum in *Ordinat. judic. Saxon. Elector. tit.* 39. §. 9. *in verb.* ſo denen Rechten. *junct.* §. 13. *verſ.* damit aber der Schuldner hierdurch deſto weniger beſchweret / ſoll ihme auff ſolchen Fall / wenn dem Gläubiger / uff ſeine vorhergehende *licitation*, das Guth zukommet / freyſtehen / daſſelbe innerhalb Jahres-Friſt wieder an ſich zulöſen. veluti id etiam in cæteris mobilibus, qvæ intellectu juris immobilibus æqvi parantur, obtinet, putà in actionibus ad res immobiles competentibus. *arg. l.* 15. §. 2. *ff. de Rejudicat.* Vid. Neguzant. *de pignor. part.* 2. *membr.* 2. *n.* 9. Mev. *ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 10. *art.* 6. *n.* 70. *& ſeqq.* it. in Lectis, pulvinaribus, culcitris aliaqve ſupellectile in diverſoriis uſitata. germ. alles Betgewand / Pfühle / Küſſen / Leilach / die in einem Gaſthoffe täglich zu der Gaſtung genutzet werden. Vid. Weichbild *art.* 23. *ubi gloſſ n.* 24. *gloſſ. Latin. lib.* 1. Landr. Art. 24. *n.* 3. *junct. l. fundi.* 17. §. *Labeo.* 7. *ff. de act. emt. l. qvæſitum* §. *papinianus. ff. de fund. inſtruct. leg. l. uxorem.* §. *legaverat. ff. de legat.* 3. *l. ſi qvando C. de bon. vac.* Berlich. *part.* 3. *concluſ* 30. *n.* 24. Gail. 2. *Obſ.* 62. *n.* 4. Petr. Heig. *part.* 2. *qv.* 15. *n.* 5. *& ſeqq.* in annuis reditibus, in qvibus dies ſolutionis non ceſſit, *arg. l. jubemus.* 14. *C. de SS. eccleſ. l.* 6. §. 2. *C. de ſecund. Nupt. Nov.* 120. *cap.* 1. *clement. exivi de paradyſo. de V. S. Conſt. Elect. Auguſti Sax.* 24. *part.* 3. *verſ.* daß ſie die Haupt-Summen. *junct.* §. damit auch 13. *tit.* 39. *Ord. jud. Elect. Sax. de anno* 1622. Vid. Gail. 2. *Obſ.* 10. *Merkelb. apud Klok. vol.* 10. *Conſil.* 104. *n.* 60. *& ſeqq.* in partibus metallicis,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0010-0

Kuxxus/Bergtheile. *Conſtit. Elect. Auguſti* 25. *part.* 3. *verſ.* und alſo die *partes metallicæ* unter unbeweglich Gut gerechnet. ibiqve Carpzov. *def.* 1. Berlich. *part.* 3. *Concluſ.* 35. *n.* 3. *&* *ſeqq.* & juribꝰ venandi, piſcandi, juridictionibus, & omnibus omninò rebus, ex qvibus percipiuntur fructus. *arg.* *Ordinat. jud. Sax. tit.* 39. §. 9. *&* 13. Vid. Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 81. *n.* 101. *&* *ſeqq.* *&* *part.* 2. *concluſ.* 30. Johann. Philippi *de Subhaſtat. cap.* 2. *ſect.* 12. *n.* 3.

*IIX.*

Facit, qvod in Res mobiles pretioſas, æqvè ut in immobilia bona ſingularis cadat affectio. Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 81. *n.* 91. eademqve in iis militet ratio, qvæ in immobilibus jus reluendi introduxit, ſcilicet, ne de Læſione conqveri poſſit Debitor, cùm de earum rerum pretio dubitari, & ex Creditoris inæqvali licito iniqvitas inferri poſſit, ut itaqve Debitori ad ejus fraudem excludendam in iis meritò jus reluitionis prædicto caſu ſit concedendum propter vulgatam inqve jure notiſſimam regulam, qvod ubi eadem eſt ratio, ibi eandem etiam juris Diſpoſitionem eſſe oporteat. *l. illud.* 32. *ff. ad L. Aqvil. l. ſi poſtulaverit.* 27. §. 2. *ff. ad L. Jul. de adulter. l. qvædam.* 9. §. *nummularios* 2. *ff. de edend. l. nauta.* 5. §. *fin. ff. naut. caup. ſtabul. l. a Titio.* 64. *ff. de furt. l. illud.* 19. C. *de SS. Eccleſ.* §. *ſi igitur. J. qvod cum eo.* Ut taceamus, qvod Conſtitutiones noſtræ Saxonicæ in *Ordinat. Torgav. de anno* 1583. *tit.* von Feilbiethen. §. damit auch der Schuldner. *&* *Ordinat. proc. judic. tit.* 39. §. 13. generaliter & indiſtinctè loqvantur de bonis adjudicatis, von verholffenen Guthe/ nec res immobiles natura tales à civilibus diſtingvant, ſed multò magis in iis jus Reluendi concedant, *in verb.* ſoll ihme das verholffene Guth NB. wieder an ſich zu löſen frey ſtehen/ adeoqve & generaliter de omnibus iis, qvæ ſub illis compræhenduntur, veluti etiam de rebus pretioſis mobilibus intelligi debent. *arg. l. de pretio.* 8. *ff. de publ. action. l. in fraudem.* 15. §. *ult. ff. de teſtam. milit. l.* 1. §. *generaliter. ff. de legat. præſtand. l.* 1. §. *qvod autem.* 3. *ff. de aleator.* præprimis cùm Lege non diſtingvente nec nos diſtingvere

gvere oporteat, *l. nondiſtingvemus. 32. ff. de recept. arbitr. l. præſes. 3. ff. de offic. præſid. l. 2. §. convenire. 1. ff. de judic. l. qvos prohibet. 7. ff. de poſtul. d. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.* & generalitate ejus non tantùm contineantur, & approbentur, qvæ verbis ejus exprimuntur, ſed illud etiam qvod ſententia & mente Legis per certam rationem indicatur & eruitur. *l. 6. §. 1. ff. de V. S. l. non poſſunt.* 12. *l. ſcire* 17. *l. contra.* 29. *l. fraus.* 30. *ff. de LL.* qvia ſæpè plus volumus, qvàm verbis exprimimus, nec minus voluiſſe qvàm dixiſſe cenſemur. *l. 25. §. 1. l. non aliter* 69. *ff. de legat. 3. l. 3. l. 7. ff. de legat. 3.* Atqve ita noviſſimè videtur conſtitutum in *Deciſ. Elect. Saxon.* 11. *in verb.* Es iſt in Sächſiſchen Rechten verſehen / daß ein Schuldner ſein verholffen Guth binnen Jahres-Friſt wieder an ſich löſen möge.

### *IX.*

Nec hiſce contrariantur, qvæ Excellentiſſimi illi Doctores Berlichius, Carpzovius, & Philippi, qvos in contrarium allegatos vide apud præfatum illum Studioſum *th.* 21. tradiderunt; ſiqvidem de *caſu loqvuntur, qvô res mobiles in ſpecie ita dictæ Creditori venditæ ac adjudicatæ fuerunt,* qvô etiam collimat ratio ab iis adducta, qvòd Conſtitutiones Saxonicæ in *Ordinat. judic. tit.* 39. §. 8. & *Ordinat. Torgav. d. l.* von Feilbiethen. in adjudicatione acqvieſcant, nec reluitionis meminerint, cùm *in* §. Im fall nun ſo viel Fahrniß. *9. Ordin. jud. d. tit.* 39. res illæ mobiles, qvæ intellectu juris immobilibus comparantur, veluti res mobiles pretioſæ, ab illis omninô diſtingvantur, & forma executionis immobilibus propria præcipiatur, illis autem ſua ſingularia incorrecta permaneant. Et faciunt verba Philippi *in tr. de ſubhaſtat. d. l. ſect.* 13. *n.* 75. *& ſeqq.* ubi ejusmodi ſummam ex Berlichio & Carpzovio depromtam tradit, *Et reluitio Debitori denegatur in ſubhaſtatione rerum mobilium. Si enim iſta juxta Ordinat. proc. Judic. d. cap.* von der *execution* und Hülffen §. findet ſich aber. *ſub fin.* oder do ſich niemand

mand

mand findet. *ab executore ſint æſtimata & taxata, ſed Creditore ea in ſolutum accipere nolente publicè ſubhaſtata, & nullo emtore reperto à Creditore per licitationem æſtimata iterùm proclamata, vel plus offerenti vendita, vel emtore & plus offerente non apparente Creditori ipſi pro pretio oblato adjudicata ſunt, perpetuò penes plus offerentem vel Creditorem manebunt, nec ulteriùs ſubhaſtari nec ſub prætextu Læſionis ad meliorem taxationem revocari, multò minùs à Debitore redimi poſſunt. Qvoniam qvoad mobilia Ordinatio judiciaria Electoralis d. l. in ejusmodi venditione plus offerenti vel adjudicatione Creditori pro oblato pretio facta acqviescit.* Hactenus Philippi. Qvare ſufficit *in* §. damit aber der Schuldner. 13. *Ordinat. jud. d. tit.* 39. fieri mentionem der verholffenen Gütter absqve ulla reſtrictione, ut proindè per bonam conſeqventiam legalemqve interpretationem etiam res pretioſæ mobiles, qvas immobilibus comparari ſuprà demonſtratum dedimus, meritò ſub intelligi, illæqve magis pro incluſis ſub diſpoſitione juris Saxonici qvàm excluſis haberi debeant. Et ne opinio hæc noſtra deſtituta dicatur auctoritate, ſufficit Exercitatiſſimum juris Saxonici interpretem ac JCtum allegare, D. Johannem Georgium Nicolai, Conſiliarium Electoralem Saxonicum, qvi eandem antea tradidit explicationem *in Proceſſ. jur. part. 3. cap. 8. n. 22. & cap.* 10. *n.* 13. hiſce ferè verbis: *Sed mihi penitiùs rem conſideranti contraria ſententia, ſc. venditis rebus mobilibus pretioſis debitori jus redimendi competere illumq́ intra annum civilem res adjudicatas reluere poſſe, magis arridet, cùm certum ſit in res mobiles pretioſas æq́ ut in immobilia ſingularem cedere affectionem, illasq́ rebus immobilibus æqvi parari, & loco immobilium haberi.*

## *X.*

Illud ſanè in foro noſtro expeditum eſt, qvod contra Licitatorē extraneū, qvi Creditor non eſt, hoc Reluitionis jus exerceri neqveat, ſive ab initio ſtatim extraneus fuerit licitatus, ſive poſt licitationem à Creditore factam, majus obtulerit pretium,

tium, ac ita Creditorem ſuperaverit. Moller. *lib.* 1. *ſem.* 9. *n.* 2. & *ad Conſt. Elect. Aug.* 32. *part.* 1. *n.* 17. Rauchbar. *part.* 1. *qv.* 46. *n.* 20. Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 81. *n.* 193. Frantz. *in tr. de Laudem. cap.* 16. *n.* 458. & *ſeq.* Carpzov. *in Ipr. for. part.* 1. *Conſt.* 32. *def.* 58. & *in proceſſ. tit.* 25. *art.* 5. *n.* 7. & *ſeqq.* Johann Philippi *d. tr. cap.* 4. *ſect.* 13. *n.* 47. veluti expreſſiſſimis verbis ita conſtitutum extat *in* Ordinat. *jud. Elect. tit.* 39. §. 13. *verſ.* ſolche reluition aber auff dem Fall / wenn einem Frembden der nicht *Creditor* iſt / das verholffene Guth zugeſchlagen wird / nicht ſtatt finden. licet Jure Luſatienſi contrarium extet ſancitum in *Ordinat. Proceſſ. ſup. Luſat. part.* 2. §. 4. in verb. In alle Wege aber ſoll nach erfolgter *adjudication,* es habe gleich der *Creditor* ſelbſt oder einander *liciti*ret / und dadurch die *adjudication* erlanget / dem *Debitori* Jahr und Tag zur Ablöſung *reſervi*ret werden. Veluti nec admittitur, qvandò res pignori capta nec à Judice æſtimatur, nec à Creditore, ſed ſimpliciter absqve ulla taxatione ſubhaſtatur & vel uno Emtore invento, qvi certum pretium offert, iterùm proclamatur & poſteà Creditori, qvi plus & majus pretium obtulit, traditur. Moller. *lib. 1. ſem. cap. 9. in fin.* Berlich. *part. 1. concluſ. 81. n. 198.* Carpvov. *in proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 15. & ſeqq.* Philippi *de Subhaſtat. cap. 4. ſect. 13. n. 59. & ſeqq.* qvia caſus ejusmodi à Conſtitutione Electorali, qvæ Debitori ſaltèm tunc qvandò nullò aliô Licitatore repertô Creditor primus licitatur, ut videre eſt ex *Ordinat. Torgav. d. l.* §. dieweil aber auch / & *Ordinat. jud. proceſſ. tit. 39.* §. damit aber *verſ.* do aber nach beſchehener. jus reluendi conceſſit, eſt alieniſſimus, undè ad alios haud eſt extendenda. Carpzov. *in Ipr. for. part. 1. Conſt. 32. def. 59. n. 6. & 7.* præſertim cùm jure Reluitionis Elector ſaltem fraudulentæ Creditorum licitationi occurrere voluit, qvâ non invento alio Licitatore pro minimo qvandoqve debito atqve viliſſimo pretio bona Debitoris ſibi adjudicari petere non verentur, qvæ in caſu ubi alius Licitator præceſſit Creditorem, qvem hic iterùm ſuperavit, vel adæqvavit per timeſcendum non eſt. Carpzov. *in Proceſſ. tit. 25. art. 5. n. 20.*

Tan-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0014-2

Tandem evitare reluitionem poteſt Creditor, qvando Debitore non reluente, ſed pingviorem tantum Emtorem offerente, illud plus, qvod iſte licitatur, ipſemet exſolvere paratus eſt. Johann. Philippi *in tr. de Subbaſtat. cap. 4. ſect. 13. n. 65. & ſeqq.* qvippe qvod ei omninò liberum, & tunc res ipſa ipſi Creditori volenti potiùs, qvàm tertio illi emtori, qvem Debitor obtrudere vult, vel propter jus protimiſeos, qvod aliàs contra extraneum exerceri poteſt, irrevocabiliter eſt relinqvenda, veluti expreſſiſſimis textibus conſtitutum extat in *Ordinat. Torgav. de anno* 1538. *d. tit.* von Feilbiethen §. damit auch der Schuldiger/ *Ordinat. jud. Elect. Sax. tit. 39. §. 13. verſ.* ihme auch frey ſtehen/ob er die übermaſſe ſelbſten heraus geben/ und das Guth behalten wolle. Concordante Obſervantia Luſatienſi *per text. in Ordinat. Proceſſ. ſuper. Luſat. part. 2. §. 4. verſ.* wie denn ihme auch frey ſtehen ſoll/ ob er der erſte licitant die geſteigerte Summa ſelbſt geben/und das adjudicirte Guth behalten wolle/ & Magdeburgica *per text. in* Ordin. *proc.* jud. *Magdeburg. cap. 47.* §. findet ſich aber kein Kauffmann/ in verb. wenn derſelbige die übermaaſe nicht ſelbſten heraus geben und das Guth behalten wolte. Et licet Matthæus Berlichius, Practicus harum regionum eximius *part. 1. concluſ. 81. n. 204.* id etiam ad alterum caſum, qvandò nimirûm ipſe Debitor rem luere paratus eſt, extendat, contrariantur tamen ipſi non immeritò allegati textus, qvi hoc tantummodò ad caſum tertii Emtoris à Debitore proſe oblati reſtringunt. Philippi *d. tr. cap. 4. ſect. 13. n. 67.* Ita ſanè Sacratiſſimus noſter Elector *in Ordinat.* judiciar. *de anno* 1622. *tit.* 39. §. 13. in verb. Jngleichen ſoll auff dem Fall/ wenn nach angenommenen Guthe ein ander [intellige extraneus ſeu alius à Debitore] ein mehrers darumb geben will/ dem Gläubiger frey ſtehen / ob er die Ubermaſſe ſelbſt herauß geben/ und das Guth behalten wolle/ adminiculante Ordinat. jud. *Sup. Luſat. part. 2.* §. 4. in verb. wie ihme denn auch frey ſtehen ſolle/ do die Ablöſung von dem Debitore

ſelbſt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0015-7

QK Ve 690

**ſelbſt oder ſeinem Mitbelehnten nicht erfolgen / ſondern von dem Schuldner ein ander frembder Kauffmann / ſo ein mehrers als die** adjudicirte **Kauff=Summa behaget / dafür zu geben geſonnen / in beſtimter Friſt vorgeſtellet / ob er der erſte** Licitant **die geſteugerte Kauff=Summa ſelbſt geben / und das** adjudicirte **Guth behalten / oder gegen Wiedererſtattung der Beſſerung ſeiner Schulden / und beſchehener Außlage hiervon abſtehen wolle.** Qvô facit, qvod ſtatuta ſint ſtricti juris. Viv. *dec. 506. n. 2.* Maſcard. *de Statut. interpret. concluſ. 4. n. 1.* Carpzov. *lib. 6. Reſp. 39. n. 7. lib 1. Reſp. 66. n. 28. & part. 1. dec. 3. n. 12. & part. 2. dec. 102. n. 9. & dec. 104. n. 6.* ac in terminis propriè ita loqventibus accipi, Tuſch. *tom. 7. pract. Concluſ. lit. g. concluſ. 578. n. 22.* Tabor *in Barb. cap. 49. ax. 2.* & ad ungvem ac contextum obſervari debeant. Finckelthuſ. *obſ. 20. n. 33.* Cothmann. *vol. 1. conſ. 26. n. 232. & ſeqq. & conſ. 55. n. 77. & ſeqq.*

Gloria Moderatori DEO!

n. c

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0016-3

von Feilbieth der Schuldner.
verſ. ſo ſoll ih e wieder an ſich
zu löſen. Ord . damit aber der
Schuldner h hme auff ſolchen
Fall/wenn d s Guth zu kom=
met/frey ſtehe /oder auch einen
andern zuver . Ordinat. Pro-
vinc. Saxo V n, Feilbiethung
und Verkauf det ſich aber un=
terdeſſen. ver er frey ſtehe ſolch
Gut ſelbſt zu . de anno 1670.
cap. 17. §. 11. v Schuldner frey
ſtehet daſſelbe . Auguſti part. 1.
Conſt. 32. n. 17 ch. part. 1. con-
cluſ. 81. n. 191. def. 52. & lib. 4.
Reſp. 8. n. 2. & ſeqq. in tan-
tum, ut etia endi Debitori
adimere cog n primûm in-
poſſeſſionem rahat, non ta-
men eô effic rtio poſſeſſore
redimere qv t. 32. def. 53. &
in proceſſ. tit. e manus tran-
ſierint, ut loc bhaſtat. cap. 4.
ſect. 13. n. 26. atuto ad relui-
tionem conc Ordinat. Tor-
gav. d. l. §. ſelbe innerhalb
Jahres-Friſt. erſ. binnen der
Jahres-Zeit. 89. d. tit. 22. §.
findet ſich abe conſtat ex tre-
centis ſexagi s. l. 51. §. 2. ff. ad
L. Aqvil. l. c Elect. noviſſ. 11.
verſ. und die der 52. Wochen
verſtattet/ ibi icus, Carpzov.
in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42778-p0017-8